



1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.

1667.

1. Bardili, Busckhardus: De possessionibus et usucapio-
nibus.
2. Bardili, Busckhardus: De cessione bonorum et mittione
in possessionem.
3. Bardili, Busckhardus: De modis rerum dominia
acquirendi.
4. Bardili, Busckhardus: De obligationibus et actionibus.
5. Bardili, Busckhardus: De re iudicata, et de effectu
sententiarum et interlocutionibus.
6. Bardili, Busckhardus: De separationibus bonorum
curatoribus, et Pauliana actione.
7. Bardili, Busckhardus: De exceptionibus.
8. Bardili, Busckhardus: De interdictionibus.
9. Bardili, Busckhardus: De confessionibus.
10. Bardili, Busckhardus: Curator bonorum absentis.
11. Bardili, Busckhardus: De privilegiis creditorum.
12. Frommann, Joh. Ruden: De novo imperio in tractu

1667.

13. Frommann, Rudens: De iniuriis 6.
14. Frommann, Rudens: De ambrosio 7.
15. Frommann, Joh. Rudens: De rei fructu et
deprehensione
16. Lantersbach, Wolfgang Adamus: Praejudiciale pactum
remissorium majoris partis creditorum 8.
17. Lantersbach, Wolfgang Adamus: De tacito pacto remissorio
ex redditione scripturae praesumpto 9.
18. Lantersbach, Wolfgang Adamus: Exercitatio XXVII et lib. XV. bij. 10.

1668

1. Bardili, Burkhardus: De novationibus et delegacionibus 11.
2. Bardili, Burkhardus: De stipulatione principali et acces-
soria 12.
3. Bardili, Burkhardus: De solutionibus et liberationibus.
4. Bardili, Burkhardus: De litis contestatione 13.
5. Bardili, Burkhardus: De delictis privatis in genere. 14.


1668.

6. Rommann, Johann Andreas: De Senatus consulto Thacidoris
7. Gravius, Johannes: De actionibus petitioris, possess.
soris, mixtis et praesudicialibus aliisque remediis
cognatis.
8. Gravius, Johannes: De conditionibus.
9. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De sociorum obligatione,
quae oritur ex conventionibus cum extraneis inita.
10. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De beneficio rescripti mora
torii
11. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De remediis legis, si con-
federal. D. de fidejussoribus.
12. Lanterbach, Wolfgang Adamus: Invenitatis XXVIII et lib. XVI
Pg. tit. I.
13. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De compensationibus et depo-
sito.
14. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De executoribus volun-
tariam ultimam 2 5 simpl

1668.

15. Scheinmannus, David. De tempestivitate aetatis

humanae.





Constitutiones Theoretico-

Practico-
FASCICULUS XVII

26674

POSSESSIONIBUS, ET
SERVITUTIBUS.

de iure

Lib. XLI. Dig. Tit. 2. 3. & seqq.

PRÆSIDI

BURCKHARDO BARDILI,

U. J. D. & Pand. P. P. h. c.
Fac. Jur. Dec.

Ad diem 4. Martii

Loco Horisq; consuetis

discutendos suscipiet


ANTONIUS CHRISTIANUS,
Mag. Lit.

PROFESSOR,

in iure, et in iurispr. Nat. et Civ.,
in Univ. Lipsiensi,

MDCCCLXVII





Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XXVII.

Ad Lib. XV. Digest.

Quam,

Divina Gratia Favente,

P R Æ S I D E

WOLFGANG-ADAMO Lauterbach /

U. J. D. & Professore,

Placido Eruditorum Examini,

Addiē 18. Junii,

proponit

M. JOHANN-ULRICUS ZELLER,
Calvensis.

T U B I N G Æ,

Typis JOHANN-HENRICI REISI,

ANNO M. DC. LXVII.

1667 78

19

Sereniss. Würtemb. Ducis

ad

Visitand. Tubingens. Academiam Illustreque ibi
Stipendium

Commissarios Splendidissimos,

V I R O S,

Magnificum Nobiliss. Maximèq. Strenuum,

DN. NICOLAUM MYLER,

Ab Ehrenbach/

Amplissimi Nominis & Meritorum Jctum,

Serenissimiq. Ejusd. Principis

In Supremo Regiminis Synedrio

Intima admissionis Consiliarium,

Consistoriique Ecclesiastici Directorem,

Authoritate & Prudentia Insignitissimum;

Reverendissimum & Dignissimum,

DN. CHRISTOPH. ZELLER,

SS. Th. Doctorem.

Serenissimo Eidem Duci Patrio

à

Concionibus Consiliis & Confessionibus Ecclesiasticis,
Præpositum Denckendorffensem;

DNN. PATRONUM ET PARENTEM

Multis Sanctissimisque Nominibus

PERPETIM ET LONGE HONORATISSIMOS,

Publico hoc Togata in Militia periculo

Ad conservandum sibi quasi Castrense Peculium,

Prorogandum videlicet Patrocinium,

Studiis Militiaque sua diu jam & plenissimè indultum,

ac auro contra charum,

venerabundus invitat,

Seque simul

Tantæ Benignitati communem supergressæ

Ad Preces Obsequiosissimæque Servitiæ,

Hilari animo vultuque obeunda,

Perpetim mancipatum fatetur, ac paratum sistis

M. Johan - Ulricus Zeller.



Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XXVII.

Ad Lib. XV. Digest.

I.

Pater Fratrem commilitonem in sacris paternis existentem, in **DeCastrensi Peculio.** peculio suo castrensi, ex asse instituit heredem, quæritur an hereditas ista ad quasi castrense peculium pertineat, an vero pater illius usumfructum rectè petat? prius ff. posterius negamus (a) etiam Jure Württembergico, licet heres ille adhuc sit ætate minor, non obstante Jure Provinciali Württembergico. Part. IV. tit. 9. §. Was aber den Kindern. (b) Secus est, si mater filium militem instituisse, (c) licet, ut hereditas castrensi peculio cedat, expresse addidisset. (d)

a) l. 19. pr. ff. de Castrensi pecul. non obst. l. 8. ff. eodem. l. 4.

C. eod. Anton. Perez. ad C. de castr. pecul. n. 4.

b) c. dilectus 8. vers. ceterum. de consuetud. Kleinschmid de princip. jur. tract. 4. sect. 8. n. 20.

c) Anton. Perez. d. l.

d) d. l. 8.

II.

Pater de Castrensi filii peculio nec Jure Württembergico agere potest sine cautione de rato, non obstante Jure Provinciali Württembergico, Parte I. tit. 16. §. Serner wann ic. l. 18. §. fin. ff. de castr. pecul. junct. l. 27. l. 28. de LL.

III.

Filiofamilias mortuo, castrense ejus peculium, novissimo Jure, pater non occupat jure patriæ potestatis, sed in illud cum matre & fratribus germanis succedit jure hereditario.

Nov. 118. c. 2. arg. l. 3. l. 4. C. de Bon. qua libb. Brunnemann



ad lib. 12. Cod. tit. 37. Paul. Christinae. ad Cod. lib. 12. tit. 37.
Simon. à Grœneweg. ad l. 9. ff. de Castrens. pecul. n. 2.

I V.

De Peculio
qs. castrensi

Legatum à confessore confessario suo, *seinem Betschwatter* relic-
tum quasi castrensi cedit peculio: (a) sed non ea, quæ ipsi à fra-
tre vel alio amico singulari ex fraterna & singulari affectione sunt
donata. (b)

a) arg. l. 35. & seq. auth. Presbyteros l. 50. C. de Episc. & Cler.
juncta l. 4. C. de Advoc. divers. judic.

b) arg. l. 11. ff. de castr. pecul. l. 1. & 8. C. eodem. Georg. Acac.
ab Enenckel de priv. Parent. & liberor. privil. 10. n. 7. &
33. dissent. Ludov. Molin. de justit. & jur. tr. 2. disp. 231. n.
4. Joann de Lugo de justit. & jure disp. 5. sect. 2. n. 21.

V.

Ad hoc quasi castrense peculium pertinent etiam salaria Ad-
vocatorum, (a) non tantum publica, sed etiam privata, quæ à
clientibus suis accipiunt, honoraria, licet ex publico habeant nul-
la: (b) sed non ea, quæ accipiunt ex pacto de quota litis, aut ab
invitis extorquent ultra determinationem legis. (c)

a) l. 4. l. 8. l. 14. C. de Advoc. divers. judic. Sanchez lib. 1.
Consil. moral. cap. 2. dub. 3. n. 7.

b) Trentacing. l. 1. resolut. tit. de pecul. resolut. 1. num. 2. ubi re-
statutur de communi. Joh. Brunneman. ad d. l. 4. Enenckel
d. privil. 10. num. 33. Molin. d. disp. 231. num. 2.

c) Arg. l. 4. C. de Advoc. divers. judic. l. 7. C. de Assessor. junct. l. 5.
C. de postuland.

V I.

Idem dicendum de Saliis Medicorum, (a) Præfectorum,
Secretariorum, & Quæstorum nostrorum, der Ober- und Unter-
vögten Secretarien / Kellern / Pflegern und Küchenmeistern (b)
non tantum Ducum & Principum, sed etiam Comitum, Baro-
num, & Civitatum Imperialium: (c) sed non de honorariis ar-
bitrorum Compromissariorum, (d) & Procuratorum. (e)

a) l. ult. C. de inoff. Testam. ibi August. Barbof. n. 4. Sanchez
lib. 1. Consil. moral. cap. 2. dub. 3. n. 12.

b) arg. d. l. ult. pr. C. de in offic. Testam. vid. Enenckel. de pri-
vil. parent. & liberor. privileg. 10. n. 36.

Sanchez

- b) Sanchez. d. dub. 3. num. 15.
- d) Sanchez d. dub. 3. num. 3.
- e) Sanchez d. dub. 3. n. 8. Diff. Trentacinq. lib. 1. Resolut. tit. de pecul. Resol. 1. num. 4. quod Dd. hodie limitant in Procuratoribus superiorum Judiciorum ordinariis. Lugo de Iust. & Iur. disput. 5. sect. 2. num. 17. in fin. Bachov. de Act. disp. 8. coroll. 2. p. 141. Trentacinq. d. l.

VII.

Salaria Hippodami & Lanistæ, des Berenters und Sechtmeisters / Dd. etiam referunt ad quasi castrensis peculia, (a) sed non artificum & mechanicorum, licet ex publico salarium habeant. (b)

- a) Johann à Lugo de Iust. & Iur. disp. 5. sect. 2. n. 18.
- b) Trentacinq. d. Resolut. 1. n. 2. & seq. Lugo d. l. Sanchez. lib. 1. Conf. moral. cap. 2. dub. 3. n. 13. ubi tamen excipiunt Architectos vel ingeniarios.

VIII.

De peculio Adventit. & profectitio

Non omnia Castrensis & quasi castrensis peculii Jura locum habent in peculio adventitio, quod nullo colore militiæ à paternis rationibus est separatum, licet ejus sit generis, in quo pater nihil juris habet. Peculia enim distinguuntur per acquirendi causas. Unde evidens illorum error, qui peculium adventitium, cujus plenam proprietatem filius habet, quasi cujusdam castrensis peculii instar habent.

vid. §. fin. l. de milit. testam. l. ult. §. 1. C. de inoff. testam. l. 6. pr. in fin. C. de bon. qua libb. auth. presbyteros C. de Episcop. & Cler. Bachov. de Action disp. 8. coroll. 2. pag. 147. & seqq. Ludwell in tract. de ultim. Voluntat. ad l. 7. C. de bon. qua libb.

IX.

Filiofamilias neque ex castrensi neque ex quasi castrensi causa, ea tamen lege ab extraneo donata, ut illa castrensi cedant peculio, ad adventitium pertinent peculium, sed irregulare.

l. 8 ff. de Castrens. pecul. Sanchez. lib. 1. conf. moral. dub. 4. n. 3.

X.

Si filiusfamilias, absente & ignorante patre, tempore vindemiarum

Dd 31

miarum



miarum patris pecunia præsidii causa reposita, suo nomine vinum emit, quod postea maximo cum lucro iterum vendit, lucrum inde quæsitum ad adventitium non profectitium pertinet peculium: secus esset, si patris nomine & voluntate faceret, aut suo nomine prædium patris locaret.

arg. §. 1. l. per quas person. nob. acquir. l. 6. pr. C. de bon. qua libb. Joan. de Lugo de iustit. & iur. disp. 5. sect. 2. num. 40. Molin. de iustit. & iur. tr. 2. disp. 234. n. 9. vid. Sanchez. lib. 1. Conf. moral. cap. 2. dub. 9.

X I.

Pater hic Tubingæ vineam adventitiam pleno dominio ad filium ætate minorem pertinentem alienare potest sine prætoris decreto.

arg. l. 8. §. 5. C. de bon. qua libb. vid. Enenckel. de privil. parent. privil. 4. cap. 4. num. 15. Gail. 2. obs. 72. num. 14. Mynsing. 6. obs. 61.

X II.

Si avus vel avia quinque, quos habet, nepotes instituit heredes, hac expressa lege, ne hereditatis illius ususfructus acquiratur patri, in quorum potestate nepotes sunt, tantum dimidia illius hereditatis pars cedit peculio adventitio irregulari, altera verò dimidia pars regulari, ita ut illa prohibitione non obstante pater hujus partis ususfructum consequatur.

arg. Nov. 117. cap. 1. Christina. vol. 4. decis. 75. n. 1. ** post Bart. Paul. de Castro. Cald. Boer. Fachinæ. Suarez. Molin. Gutierrez Joh. Brunnem. ad auth. excipitur. C. de Bon. qua libb. Lugo de iust. & iur. disp. 5. sect. 2. num. 33. Papon. lib. 7. tit. 1. arrest. 5. Garf. de Expens. cap. 10. num. 45. Perez. in Cod. tit. de Bon. qua libb. num. 5. post Fulgos. Gomez. & alios allegatos Dd. Sanchez. lib. 1. Consil. Moral. cap. 2. dub. 16. ubi in fine addit, hanc sententiã multo veriore & tenendam esse. Et secundum hanc sententiã etiam in diversis Collegiis & Judiciis conclusum pronuntiatum & judicatum esse ex aliis refert Alexand. Trentacinq. lib. 1. tit. de pecul. Resol. 4. num. 3. Diss. Trentacinq. d. l. vers. cum igitur. Vincent. de Franchis decis. 161. Berlich. part. 1. decis. 137. qui tamen ipsemet

met fatetur, quod prior nostra sententia sit verissima & firmissimo nitatur fundamento; à quo ipse recedit ob solam auctoritatem Glossæ; quæ tamen contra clarissimum juris textum nihil potest valere. Carpz. *Iurispr. Forens. part. 4. constit. 35. def. 11. num. 11.*

XIII.

Hereditas, quam filius dissentiente patre adiit, tota irregulari peculio adventitio cedit, licet filius contemplatione patris institutus fuerit.

l. 8. pr. §. 1. C. de Bon. qua libb. Alexand. Trentacinq. lib. 1. resolut. tit. de pecul. resolut. 5. num. 6.

XIV.

Fructus ex peculio adventitio irregulari percepti pleno dominio pertinent ad filium.

arg. d. l. 8. & seqq. auth. C. de bon. qua libb. l. 1. C. de castrens. pecul. Nov. 117. c. 1. l. 40. ff. de pecul. Diss. Trentacinq. d. resolut. 5. n. 14. vers. ego à prima.

XV.

Munus à patre, cui fuit oblatum, recusatum, à filio verò acceptum, non adventitio, sed profectio cedit peculio. Idem dicendum, si quis amici sui optimè de se meriti filiofam. rem magni pretii donaret.

arg. §. 1. l. per quas person. nob. acquir. arg. l. 5. §. 2. ff. de Iur. dot. l. 45. §. 4. de acqu. vel omitt. hered. l. 6. de Collat. l. 10. §. 6. de Vulg. & Pup. substit. vid. Franzk. lib. 2. resolut. 27. n. 1. & seqq. Lugo de Iust. & Iur. disp. 5. sect. 2. num. 37. Molin. de Iustit. & Iur. disp. 233. num. 4. Mantic. de Tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 21. n. 24.

XVI.

Munera à patrinis infantibus baptizatis oblata & data, das *Paren. oder Dodtengelt*, regulariter pertinent ad peculium adventitium regulare, (a) nisi pater probet & ostendat, sui contemplatione ea esse oblata. (b)

a) arg. l. f. C. de Vsufr. Carpzov. Iprud. Forens. part. 2. constit. 24. def. 18. & Ipdent. Consist. lib. 2. def. 262. ubi tamen sine fun-

ne fundamento filiis ratione illorum munerum hypothecam concedit tacitam vid. Franzk. d. Resolut. 27. n. 13. Mantie. d. l. Cæsar de Grassis, decis. 150. n. 3. Diff. Grœneweg. tr. de Legib. abrogat. ad. l. 19. §. 1. ff. de pecul. n. 2.

b) per ea quæ ad præcedentem conclusionem sunt dicta.

XVII.

Ad Tit. III.
De in rem
verso.

Administratores Civitatis à Titio Mutuam acceperunt pecuniam, eandemque Civibus gravi annona conflictatis iterum dederunt mutuam, Ipsa Civitas licet ob versionem in rem sit obligata, à Titio tamen conventa liberatur cedendo actiones contra Cives ex illo mutuo sibi competentes. (a) Cæterum si ipsa Civitas mutuum accipit, & illud Civibus credit, à creditore conventa, dicta actionum cessione non liberatur. (b) Neque creditori contra Cives competit actio de in rem verso. (c) Idem dicendum de Institore & Procuratore, quibus mutuum accipiendi potestas est concessa, quique acceptam pecuniam mutuam aliis crediderunt; quod sc. præponens & dominus non liberetur actionum cessione, licet pecunia illa non aliter in utilitatem illorum sit versa, quam quod illis actiones inde quæ sitæ; (d)

(a) arg. l. 27. ff. de R. C. l. 3 §. 5. ff. de in rem verso. l. 51. ff. de pecul.

(b) l. 13. l. 15. C. si cert. potat. l. 13. C. de obligat. l. 16. C. de solut.

(c) arg. dd. ll. t. t. de in rem vers.

(d) arg. l. 3. §. 13. ff. de Institor. action. l. 6. §. 1. ff. de negot. gest.

XVIII.

Si uxor in utilitatem mariti contrahit, verbi gratia, res familiaræ necessarias emit, maritus hodie conveniri potest actione de in rem verso; (a) licet res illæ post contractum statim casu pereant (b)

a) Georg Schulz ad tit. 1. quod cum eo, qui in alien. potest. Ol- dendorp. class. 4. act. 7.

b) arg. l. 3. §. 7. & 8. l. 17. pr. ff. de in rem vers.

XIX.

Ad Tit. IV.
Quod jussu.

Ex delicto filii fam. jussu patris commissio non datur actio quod jussu. arg. l. 1. pr. ff. quod jussu.

XX.

Neque hæc actio competit, si filius fam. hortatu patris cōtrahit. arg. l. 20. pr. ff. de dol. mal.

ULB Halle
006 682 235


3



Vb-17







Conclusionum Forensium,

EXERCITATIO XXVII.

Ad Lib. XV. Digest.

Quam,

Divina Gratia Favente,

P R Æ S I D E

WOLFGANG-ADAMO Lauterbach /

U. J. D. & Professore,

Placido Eruditorum Examini,

Addiem 18. Junii,

proponit

M. JOHANN-ULRICUS ZELLER,
Calvensis.

T U B I N G Æ,

Typis JOHANN-HENRICI REISI,

ANNO M. DC. LXVII.

1667 78

19